

www.e-rara.ch

**Funiculus Triplex Ex Mariano Psalterio D. Bonaventurae, Digniore ad
sacram Communionem Dispositione, piisque Meditationibus Contextus,
Et D. D. Sodalibus Congregationis Majoris Lucernensis B. V. Sine ...**

Rüttimann, Joseph Christoph

Lucernae, [1735]

Zentral- & Hochschulbibliothek Luzern

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-136445>

Pars tertia. Meditationes de ultimo fine, deque praecipuis illius impedimentis, [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



PARSTERTIA.

MEDITATIONES

De ultimo fine, deque præcipuis
illius impedimentis, & de cul-
tu Deiparæ.

R Ecce novit vivere, qui rectè
novit orare, vulgata paræ-
mia est, ex SS. Pat. doctrinâ
desumpta. Licet autem eâ etiam de vo-
câli, multò magis tamen de mentali ora-
tione, quam Ascetæ meditationem vo-
cant, intelligendam, censeo. Est hæc
veluti speculum sine macula sap. 7.
in quo animæ sordes, & maculæ [vi-
tia intelligo, & errores, quibus homo
obnoxius vivit] clarissimè apparent, est
veluti columna ignis exod. 13, imò
lucidissima fax, rectum iter ad cælum
ostendens, ne homo inter tot viarum
anfractus ab ultimo fine deviet, &
præceps in interitum ruat. Est denique
veluti

veluti dulcissimum manna. *Deut.* 8.
 quod manè collectum, animæ robur af-
 fert ad diem inter labores cum fructu
 transigendam, quos etiã de se amaros,
 & graves, non minùs dulces, quàm
 leves reddit. Idcirco operæ pretium
 futurum esse censui, si elegans hæc me-
 thodus facile juxtà, & utiliter medi-
 tandi *M. DD.* Sodalibus exhiberetur,
 clarè ut agnoscerent, meditationem
 non nisi in attenta alicujus (quam no-
 stra nos docet Christiana religio) veri-
 tatis consideratione, reflexione, at-
 que elicitis circa eam affectibus, &
 propositis, petitionibùsque consistere.
 En aliquot paradigmata, sive exempla
 desumpta ex libello gallicè conscripto,
 qui considerationes Christianas pro sin-
 gulis mensis diebus complectitur. Am-
 plectimini, *Mariani DD* Sodales, op-
 portunam hanc meditandi normã; quã,
 dum ab insigni Asceta (*D Ignatium*
de Loyola intelligo) profectam cerni-
 tis,

tis, ab ipsa simul Deipara, ejusdem
sanctissimi Viri in Manresana spectu
magistra, dictatam fuisse cogitate.

MEDITATIO PRIMA. PRO DIE DOMINICA

De ultimo fine hominis.

Considera, quòd, postquam tot
jam sæcula effluxissent, cum
in rerum natura omnino nil eras,
optimum Numen ex solius infinitæ
bonitatis impulsu omnipotentì suâ
dexterâ te veluti ex nihilo eduxerit,
quin tui vel parùm indigus foret.
Ad hæc corpus omnium sensuum
apparatu instructissimum, quòdque
plus est, immortalem animam ad
excellētissimas, maximasque ipsius
perfectiōnes cognoscendas juxtâ, at-
que amandas perquam idoneam im-
pertivit. Neque tamen alium te in
finē produxit, quàm ut fidelis servi-
por.

partibus, dum vivis, impletis, æterna
 ipsius, felicissimæque possessione
 tandem gauderes. Atque iste so-
 lus est excellentissimus creationis
 tuæ finis, quin ob alium condi pos-
 ses; infinita enim Deus sapientiâ
 cum præstet, ob perfectissimum,
 numerisque omnibus absolutum fi-
 nem creare te voluit; qui tamen
 ab ipsius possessione distinctus es-
 se non poterat. Jam verò mentis
 tuæ oculos in cuncta terræ bona
 conijce, videlicet in summos hono-
 res, divitias, dignitates, & omne
 voluptatum genus: fieri non po-
 terit, ut sine mora omnia isthæc
 mundi crepundia perquam tenuia,
 atque exilia esse, non fatea-
 ris, utpote cum animum plenè
 contentum, tranquillumque redde-
 re minimè valeant. Veritate hæc tã
 luculenter perspectâ, sapienter ar-
 gues, ac dices, ultimum hominis
 fi-

finem in similibus bonorum possessione situm non esse, sed in sola Dei possessione consistere: *ad imaginem Dei, inquit, D. Bern. facta anima rationalis, cæteris rebus occupari potest, Dei capacem, quidquid minus est, non implebit.*

Reflexiones.

Profectò, si incomparabilis ultimi finis dignitatem considero, ut præ reliquis omnibus uni Deo perfectè serviam, divinarumque legum apices, quantum fieri potest, observem, necessarium esse, video; hæc enim, neque aliâ viâ animæ salus quærenda est: hoc præcipuum omnis curæ, laboris, & cogitationum objectum esse debet: huc actiones omnes sunt referendæ: verbò, singula vitæ momenta divino obsequio, nec non præstantissimo salutis negotio consecranda sunt;

quip-

quippe quod unum præ reliquis
 summè necessarium esse, agnosco,
 idcirco omni studiò, animique con-
 tentione dignissimum. Abundè jam
 mihi constat, quòd, si aliter agere
 præsumam, contra finem, in què
 me Deus creavit, inconsultissimè
 agam. Nunquid autem vitæ meæ
 actiones hæcenus huc respexerunt?
 amorémne, & gloriam Dei illæ,
 ut oportebat, spirârunt? credám-
 ne, quòd salutis animæ procuran-
 dæ sat studij sit impensum?

Affectus.

Supreme Cœli, & mundi Rector!
 Saberravi turpiter, atque defeci à
 nobilissimo creationis fine! equidem
 ut fideliter tibi servirem, tuæque glo-
 riæ incrementa quærerè, creasti me:
 sed proh dolor! longè aliud ègi.
 Non fidelitatem, non gloria tuâ meis
 in operibus respexi; ut mihi dū-
 taxat bene esset, ut amoris proprio

indulgerem, sollicitus eram : utilitas, voluptas, indomitæque passio agendorum ratio extitit. Quin imò tenuia quoque opera bona, quæ præstiti, vel malà intentione, vel multis aliis defectibus, qui frequenter irrepsērunt, deformata esse, video. Atque nunc tandem genuinam agnosco causam gravissimæ animi perturbationis, & amaroris, quem maximis voluptatibus perdite à me quæsitis, providè inspersisti. Cum enim non nisi propter te sim creatus, non nisi in te, tuique cœlesti possessione quietem unquam inveniam, ut D. Aug. me quoque certum reddit : *Fecisti nos ad te, & irrequietum est cor nostrum, donec requiescat in te.*

Proposita.

Firmissimò animi decretò sancitū est, Domine, totus tuus deinceps ero. Cunctis in actionibus tibi

bi ut placeam, unicè in votis erit :
 cùmque ad te feliciter in cœlo pos-
 sidendum me creaveris , id agam
 unicè, ut salvem animam , quan-
 tùmque id mihi pretiò steterit.
 Esto , vires suas porrò augeat Dæ-
 mon , ad me perdendum inten-
 tus, dicteriis , irrisionibúsque non
 parcant malevoli , quibus vitæ meæ
 mutatio non probabitur : continua
 demum mihimet violentia inferen-
 da sit, novos ut passionum assultus
 reprimam : statutum firmissimè est,
 quòcumque animæ salus pretiò ste-
 terit, quàm solertissimè eam pro-
 curabo : unica mihi anima est, eâ-
 que immortalis : an non igitur sum-
 ma cum sollicitudine ea in tuto est
 collocanda? *quid enim prodest homi-
 ni, si mundum universum lucretur ,
 animæ verò suæ detrimentum patiatur?*
 Matth. 16. v. 26.

Petitio.

A Djuva Domine , obtestor te ,
 adjuva imbecillem , ac debilem ,
 atque inexpugnabili gratiæ tuæ cly-
 peo adversus plurimos hostium as-
 sultus indefinenter me protege.
 Nec permittas , ut anima ad ima-
 ginem tuam , & ad te possidendū
 creata , infeliciter ab amore tuo se-
 paretur : opus manuum tuarum est ,
 ne desere , aut despice illud. At-
 que inprimis obsecro te , mi Deus :
*averte oculos meos , ne videant vani-
 tatem .* Pl, 18. *averte*, inquam , ocu-
 los meos à terrenarum rerum aspe-
 ctu , & multò magis *averte* cor
 meum ab eorum amore , ne aliquò
 amoris fascinò , inanique earum
 splendore seduci me , sinam. Om-
 nes quoque intentiones meas ad te
 converte , ac dirige , nulli alteri , quàm
 tibi ut deinceps placeam. Deniq; rogo
 atq; obtestor , ut hanc maximi mo-
 men-

menti veritatem cordi meo quàm
 profundissimè inferas : *alium in fi-*
nem non sum in mundo posuit, quàm
ut me salvem : cūque animæ ja-
 ctura semel facta haud unquam re-
 parari queat, in totius mundi jactu-
 rā quàm libentissimè assentior, mo-
 dō animam salvem.

MEDITATIO II.

PRO DIE LUNÆ

De peccato mortali

Considera, quòd malorum sanè
 omnium extremum sit lethale
 peccatum, sive illud in se, sive in
 suis effectibus spectes. Est nimi-
 rum id, quod hominem à felicis-
 sima finis sui ultimi consequutione
 deiecit : est animi omnium ingra-
 tissimi foelissima nota ; cū infi-
 nitam Dei majestatem peccator eò
 ipsò tempore offendere non vereat-
 tur,

tur, quô divinos favores liberalissimè accipit. Ad hæc est minimè tolerandus contemptus, quô effrænis passionis voluptas turpissima infinito Numini per summum nefas præfertur. Equidem homo eò dementiæ non semper pertingit, ut ore impiô fateri audeat, quòd passioni potius, quàm Deo servire, sibi volupe sit: attamen ipsô turpi, vetitòque opere id ipsum præstat.

Quare jam mirari desine, quòd Deus gravissimis pœnâs vel in unicum peccatum lethale sæviat: ut nil dicam de inæstimabili gratiæ, & meritorum thesauro, quô infelicem animam peccatum spoliât, æternisq; præterea supplicijs illâ obnoxiam reddit; ut adeò pro momentanea voluptate, satis non expiata, infelicissimis damnatis æternum luendum sit: *momentaneum, quod delectat, æternum, quod cruciat.*

Et

Atq; hoc est, quod ingentem nobilissimorum Angelorum cohortem, rebellionis ream, in infernum dedit præcipitem. Et unde, quæso, mala omnia, eaque innumera, gravissimâq; quibus à mundi exordio in hanc usque horam miseri mortales subjacent? partus nimirum sunt, & abortus tristissimus peccati, quod primus homo admisit. Denique gravissimam peccati malitiam dira Servatoris nostri mors luculenter demonstrat; neque enim quisquam alius, quàm Deus - homo pro peccatis condignam offenso Numini poterat satisfactionem præstare.

Reflexiones,

ERgône Deus, qui ipsamet Bonitas infinita est, & cujus misericordiae non est numerus, vel unius momenti culpam æternis afficiat poenîs? ergône tot Angeli, creaturarum omnium nobilissimi ob u-

ni-

nicum gravē lapsum, in teterri-
 orci carcerem præcipites acti sint?
 ergone post tot elapsa sæcula tam
 ingens hominum multitudo omni
 miseriarum genere afficiatur, ut
 meritas Adami inobedientia det pœ-
 nas? credendum id sane est, faten-
 dumque, quandoquidem id nostra
 nos fides docet. Quare gravissi-
 ma omnino, & quàm maximè e-
 normis res sit peccatum, oportet,
 quod Deus, cujus miſericordiæ non
 est numerus, & bonitatis infinitus
 est thesaurus, tam gravibûs tamen
 pœnis perſequitur. Idcirco tantus de
 peccato horror concipiendus mihi
 est, ut millies mori deinceps ma-
 lim, quàm vel ſemel graviter labi;
nulla enim eſt major infania, ut rectè
D. Aug. arguit, quàm pro delectatione
momentanea æterna amittere gaudia, &
ad æterna ſe obligare ſupplia.

Affectus.

Sincerè fateor , mi Deus , nunquam hactenus tam clarè perspectum mihi fuerat , quòd malorum omnium extremum esset peccatum ? perbene id modò agnosco , maximòque pudore suffundor ; dum in amaritudine animæ meæ superioris vitæ lapsus considero. Quòd si meritissimò jure ingratissimis Judæis indignamur , quòd ausi sint non minùs injustè , quam impudenter iniquum Barabbam tibi , divine Servator præferre : an fieri poterit , ut mihi longè magis non indigner , dum toties idem admisi crimen , dū te Deum meum , omni amore dignissimum , indomitæ passioni posui , quin imò Judæis reum me magis esse , agnosco , quippe qui tam insanò furore in te nunquam sæviissent , si verum gloriæ Dominum cognovissent. Contrà Ego superbo

Pernô fidei lumine illustratus , te Deum meum semper confessus sum, ut adeò satis capere nequeam, quòd tam diu , mi Deus , perfidum me tolerare potueris, quin, vivum precipitem ageres in infernum, quemadmodum tot alios, me minùs nocentes, æternùm damnâsti.

Proposita.

Quare ad pedes tuos, divine Servator, advolvor, intimòque doloris sensu affectus, quæcunque admissa crimina ex purissimo tui amore detestor, millies potius motiturus deinceps, quàm ut coràm divina Majestate tua amplius reus fiam. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci* : Psal. 50. non vilem sanè, mihiq̃ue similem hominem mortalem offendi, sed te, divine Creator, à quo omnia bona, quæcunque possideo, liberalissimè accepi, quique meus olim futurus es

ia

in extremo die Judex. Absit jam, amabilissime JESU, ut tuis coram oculis amplius peccem: quin potius erratorum veniam humillimè petens, hanc imprimis pravam animi affectionem, hanc voluptatulam, hanc malam consuetudinem, quæ irâ, indignatione, & vindictâ tuâ toties me dignum effecit, honori, & amorì tuo consecro: non ità deinceps infidelis ero, ut in præceps iterum ab illa me rapi, sinam. Atque hæc mea sunt animi decreta, quæ coram cælo, ac terra, nec non in conspectu gloriosæ virginis Matris meæ dilectissimæ concipio firmissima, quæque ad finem usque vitæ quàm fidelissimè servabo, potentì gratiæ tuæ auxilio confisus.

Petitio.

ET hanc ego gratiam à te, misericordiarum Pater, ardentissimè effla-

efflagito. sine qua heu ! nimiū debilis sum, meis ut stem promissis, equidem non diffiteor, me quòd gratiā tuā indignum peccata mea reddant: attamen sincerus, quem de malè transacta vita concipio, dolor, firmissimūque vitæ ad frugem reducendæ propositum, spem mihi facit haud dubiam, fore, ut congrua mihi auxilia largiaris, cordisque verè demissi, atque contriti affectibūs flecti te, sinas. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.* Psalm. 50.

MEDITATIO III.

PRO DIE MARTIS.

De Relapsu.

Considera, quantum, & quā ingens malum sit relapsus. Si peccatum fœda ingrati in Deum animi nota est, ac grandis perfidia, nec

nec non contemptus minimè tolerandus : relapsus ingrati animi, perfidiaëque, & contemptûs modum omnem excedit; quippe inconstans in bono anima post gravium criminum veniam toties à Deo gratiosè obtentam, post iterata, & nequicquam proficientia melioris vitæ proposita, divinò favore identidè abuti pergit, à promissorum constantia recedit, duràmque avernalis hostis servitutem divino obsequio præferre minimè veretur. Quòd verò ingentem animæ usque adeò fœdisfragæ timorem meritò iniicere potest, illud sanè est, quòd tam frequens relapsus non ità dubium signum, atque indicium sit, præteritas exomologeses præcipuè ex propositi sinceri defectu fructu suo, & Sacramenti virtute caruisse. Qui enim seriò rem vult, præsertim si in ejus arbitrio posita sit, haud dis-

fi-

faciliter eam consequitur. Quare si peccator tam frequenter, ac facile, & promptè, uti antea, gravissimè relabatur, Si consuetas semitas ire pergat, & antiquam, etiamque proximam labendi occasionem cane pejùs, & angue non fugiat, neque idonea, quò à relapsu tutum se præstet, media executioni quàm diligentissimè mandet, satis manifestum iudicium præbet, quòd firmò, veròque vitæ in melius mutantæ proposito ejus pænitentia caruerit, quòdque exinde consequitur, peractæ confessiones ex rei tam necessaria defectu turpem sacrilegij notam potius incurrerint, quàm ut ad Sacramenti dignitatem pertingerent.

Reflexiones.

AN verò advertisti hactenus (ut sanè par erat, & rei gravitas postulabat) quàm grande malum, & ple-

plena periculi res sit relapsus, qui miserum peccatorem denique recto tramite ad finalem inpenitentiam pertrahit? hic procul dubio infelix exitus esse solet, quem continuus in graves noxas relapsus plerumque sortitur, idque non tam ob frequentem sacrorum mysteriorum abusum, quam quod relapsus omnia ferme salutis media inutilia, atque inefficacia hominibus reddat, & hoc est, quod gentium Doctori gravissimam illam sententiam suggessit, dum hominis in gravia crimina frequentius prolagentis conversionem vel propemodum impossibilem, vel certe summe difficilem reddi pronuntiavit: *impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & prolapsi sunt, rursus renovari ad penitentiam, Hebr. 6. v. 6.* Quid enim ad resipiscendum salubrius, aut efficacius exco- gitari posset, quam seria de mor-

te, de judicio, déque inferno meditatione ? jam verò si post pœnitentiam toties iteratam, in antiqua indentidè crimina relabaris, an non saluberrimum in te extinctum fidei Lumen credi possit, quò à fatali relapsu retraharis, & constans in beneceptis perdures ?

Affectus.

HAud equidem levis timendi ratio mihi suppetit, divine Servator, ob tam multas confessiones, quas, dum gravi relapsui obnoxius vixi, admodum tepidè ac sine ferore, debitòque Studio peragebam ! horreo sane, ac contremisco, dum impertitas mihi à sacris Judicibus absolutiones mente revoluo, quæ forsan totidem erunt adversus me ferendæ æternæ damnationis sententiæ ! ad hæc dum frequentia, quæ concepi, proposita paulò attentius

ad

ad Examen revoco, meritò timendum mihi video, ne parùm seria illa fuerint, & minùs sincera, ea possimùm de causa, quòd à proxima peccandi occasione separationem imperare mihi nunquam voluerim, tam sæpe mihi in sacro tribunali non minùs providè, quàm sapienter imperatam, &c.

Proposita.

HAud diffiteor, mi Deus! infinità Bonitate tuà diu nimis abusus sum, nec nisi thesaurum iræ, atque indignationis tuæ in diem iræ collegi. Saluberrima nunc tandem admitto melioris vitæ consilia, atque inprimis otio, lectionique librorum, Venerè olentium, familiaritati item, atque consortio Personarum, quæ in tam frequentes relapsus me pertraxère, penitus valedico.

Petitio.

Equidem, divine Servator, post totos

ties concepta, sed non minùs turpiter fracta sanctissima animi decreta fidere mihi haud possum, quòd fidelis sim futurus in posterum, & in bono constans, nisi tu gratiâ tuâ imbecillem firmes, ac robores. Non diffiteor, alacriore animi sensu ad fideliter adhærendum tibi urgeri me sentio; video tamen cum pluribus hostibus configendum mihi esse. Itaque, mi Deus, validò supernæ gratiæ robore infirmum tuere ad versus hostium vires, qui aliud nec spirant, nec quærent, quàm ut æternum me perdant: *Domine Deus meus, in te speravi: salvum me fac, & libera me.* Psalm. 7.

MEDITATIO IV. PRO DIE MERCURIJ.

De peccato impuritatis.

Considera, quòd præ quovis alio peccato majore curâ, ac studio
fug

fugiendum sit vitium impuritatis; quippe quod animas longè plurimas ab ultimo fine retrahit, æterùmque perdit. En multiplex ratio. Imò quia imbecillis homo pronò impetu in hoc potius, quàm alia vitia rapitur; quid enim facilius sit, quàm ut turpi cogitationi, vel morosæ delectationi, aut malo desiderio consensum præstes, & fœdè labaris? 2dò. Quia à nullo alio vitio homo lapsus difficiliùs resurgit, ac resipiscit: *Expertis vitiorum illecebris*, inquit Venerab: Beda, *difficiliùs, quàm incognitis caremus*. 3tio. Quia hoc infandum peccatum frequentioris in divinorù mysteriorum usu sacrilegij causa, & occasio esse solet. 4to Quia Vix est reperire crimen, quod majori odio esse Deo videatur; dum fœda carnis crimina aboliturus, exundantibùs diluvij aquis sepelivit orbè; nec diu pòst in carnis vitiò infa-

mem Pentapolin cælestem ignem
immisit, quam cunctis cum civi-
bus, miserrimis Veneris mancipiis,
in cineres penitus redegit.

Reflexiones.

IN dubium modò vocare amplius.
Inequo, turpe impuritatis crimen
opinione gravius, majusque scelus
existere, cum non unius infortunii
fœcundam illud originem esse videā,
atque adeò æternæ reprobationis
characterem, si invalescat, veluti
in fronte circumferat. Cautè proin-
de, ac providè mihi vitanda erit
omnis occasio, quæ ad hujusmodi
fœditates viam sternere, aut in eas
præcipitem agere possit. Otium in-
primis, turpiloquia, pravorumque
confortia hominum faceffant, oportet.
Sensus quoque tam interni,
tum exteni quàm diligentissimè cu-
stodiendi sunt, ne impuris appetitio-
nibus ullus pateat aditus, aut quod
long

longè pejus foret, plenus illis præ-
stetur consensus.

Affectus.

ATque id sanè est, mi Deus, quod
præstandum mihi fuerat, si mu-
neris mei partes hæcenus implere
voluisssem. At verò quò magis tran-
sactæ vitæ normam inspicio, eò
majore pudore suffundor, dum in
averfando fœdissimo impuritatis sce-
lere minus operæ, & laboris impen-
sum, adverto. Quânam autem ra-
tione fieri potuit, ut tam parùm
studuerim evitare peccatum, quod
tibi, mi Deus, tantò horrore est,
quòdque & in hac, & in altera vita
gravissimè flagellas? fierine potuit,
ut levis instar joci peccatum à me
haberetur, quod delinquenti tam
grande dedecus, infamiam, & de-
trimentum affert, quòdque divinam
Nemefin ad furorem excitat, &
quantumvis momentaneum sit, æ-
ter-

ternis tamen gehennæ incendiis ple-
ctitur !

Proposita.

A Liam fanè, mi Deus, vivendi
rationem posthac aggrediar,
quàm tenuerim hactenus, salutis,
ultimique finis oblitus : atque hoc
est animi decretum, quod firmissimè
concipio, maximò vitæ perperam
transactæ dolore affectus. Nō minùs
seriò, quàm sincerè nuntium mitto
omnibus, quæ aut occasionem,
aut ansam ad relabendum præbere
mihi possent. Ibo ad Patrem meum,
prodigo filio simillimus, & per sa-
cro sancta Confessionis, ac Com-
munionis mysteria novam, firmis-
simamque cum ipso amicitia inibo,
nullò unquam fœdissimò carnis lap-
su vitiandam.

Petitio.

A H quàm sæpè propriâ experien-
tia doctus sum, parùm admo-
dum

dum conceptis animi decretis esse
 fidendum, nisi porrò dextera tua,
 mi Deus, potentissimò gratiæ au-
 xiliò me labentem sustineat! quo-
 ties enim à bene cœptis defeci, tur-
 pe amoris proprii, vetitiæque vo-
 luptatis mancipium? ut ergo de fi-
 delitatis meæ constantia certum te
 reddas, muta cor meum, obsecro,
 maximumque adversus omnem im-
 puritatis umbram horrorem mihi
 inspira.

MEDITATIO V.

PRO DIE JOVIS.

De Remorsu Conscientiæ.

CONsidera, infelicem peccatoris
 statum, qui lancinantis con-
 scientiæ stimulis identidem torque-
 tur, ac premitur. Quocunque se ver-
 tat, horridam criminis sui imaginem
 aspicit, quæ ingentem voluptatibus
 amarorem inspergit; id sanè quod
 sce-

sceleris sui pœnitens David expertus est : *peccatum meum* , inquit , *contra me est semper*. Psalm. 50. Ipsa nimirum conscientia severi juxtâ , ac formidandi Judicis personam induit , qui ubique nos sequitur , nos accusat , atque condemnat : *ipsa nos circum* , ut D. Chrisost. patheticè loquitur , *obturbat , laniat , flagellat , & domi , & foris , & in mensa , & in templo , dormientem , & surgentem adoratur , &c.* Quòd si conscientia subinde quiescat , enim verò ad vitæ finè excitatur , & modò quòdam sanè terrificò enormia vitæ superioris crimina moriturientis animo obijcit , prout regius vates prædicit : *peccator videbit , & irascetur , dentibûs suis fremet , & tabescet* Ps. III.

Reflexiones.

TE ipsum jam considera , quicumque maximi momenti veritatem hanc modò expendis , edic porrò : in quo

quorum ex hoc duplici statu conscientia tua versatur? loquiturne ea, an silet? alterutrum enim fiat, necesse est. Quoties Deum graviter offendendi accasus imminet, nonne conscientia actutum se prodit, idq; tibi declarat, quod olim D. Joannes impio Herodi edixit: *non licet*: Marc. 6. Divinum Numen id vetat, æternis, si secus facere audeas, gehennæ incendiis intentatis. Quod si ex speciali Dei favore conscientia ita loquatur, eam porro audire ne negligas; signum quippe est, quod te necdum deseruerit Deus, qui tam seriò monet Psalm. 94: *si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

Affectus.

PROH quàm dolendum mihi esse, video; dum infausta conscientiae quies usque adeò infelicem animæ indicat statum! hoc ipsum enim est,

quod ingentem meritò timorem
iniiciat, cùm fortasse, ut gravius
puniat, fatale hoc Deus silentium
permittit. Oro proin, atque ob-
testor te, divine Servator, tam gravi
me supplicio deinceps ne punias:
quin potius salutarem meo in cor-
de clamorem excita, ut saluberrimæ
conscientiæ voci, atque adeò ani-
mæ saluti, ultimóque fini conse-
quendo semper, strenuèque invigile.

Proposita.

HActenus, mi Dens, amoris pro-
prij vocibus improvidè obse-
quens, in cunctis ejus ductum cæ-
cò modò sequebar. Sed absit mo-
dò, ut aliam posthac vitæ normam
sequar, præterquam rectæ consci-
entiæ Lumen. Quare nihil omnino
aggrediar, quod illa tamquam divi-
nâ lege vetitum reprobabit: con-
trà verò nihil non exequar, quod
tamquam utile, & idoneum ad con-
se-

sequendum finem ultimum præscribet. Sola proin conscientia tam sancto operi intenta actiones meas diriget: ipsam semper consulam, ejus judicio, consilio, & voci fidelissimè obtemperabo. *Petitio.*

UT tam salutaria animi decreta, mi Deus, executioni fideliter mandem, infinitæ clementiæ tuæ supplex nunc accido, opportuna cælestis gratiæ auxilia certò certius impetraturus. Inprimis autem oro te, Domine, atque obtestor, ut funestū conscientiae silentium exulare, jubas, ejusque clamorem in me excites, ne infelicī lethargō sopitum, veternoque indulgentem finalis impænitentia adoriatur, & perdat.

MEDITATIO VI.

De pænitentiæ dilatione.

Pro die veneris.

Considera, quòd si per summum
iam

infortunium, amissâ innocentiae stolâ, in gravia peccata sis lapsus, atque adeò ab ultimo sinè creationis hactenus deviò pede deflexeris, in pœnitentia agenda moras nec̄tere tibi haud liceat, ipiritu sancto tam seriò admonente : *ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Eccl. 5. Profecto quisquis inconsultâ mente aliter agit, non levi se committit discrimini, ne pœnitentiam usque adeò ad salutem necessariam non tam differat, quàm omnino ommittat. Certè vera, sincerâque pœnitentia sanis etiam, & bene valentibus magnò semper conatu, & labore constitit: quantò difficiliùs porrò illa animæ accidet inter extremas angustias olim cum morte luctanti, deque rebus majoris momenti vel cogitare haud quaquam idoneæ? Sed esto, plena libertate voluntas fruatur, neque animus aut curis,

aut

aut doloribûs implicitus, gemit :
 num idcirco conversio tã facilis ac-
 cidet ; cùm præter alia potenti in-
 primis, ac prorsus specialî divinæ
 gratiæ auxiliô opus sit. Nonne au-
 tem Deus illud se negaturum, asserit
 prov : 1. *Vocavi, & renuistis --- ego*
quoque in interitu vestro ridebo. Non-
 ne jure credi potest, quòd multum
 quidem, sed frustra peccator sit co-
 naturus in morte, fatuis Virginibus
 simillimus, quibus, ut cum sponso
 ad nuptias admitterentur, serò nimis
 pulsantibus, non nisi funestum re-
 sponsum redditum est ; *nescio vos.*
 Matth. 25 !

Reflexiones,

ATque id sanè est, quod nulli non
 accidet, pœnitentiam diutius,
 atque adeò ad mortem usque diffe-
 renti. Tunc enim verò miserrimus
 peccator fatali morbô correptus,
 funestum excipiet nuntium, quòd
 nulla

nulla vitæ spes amplius supersit, sed
 coram divino Iudice quantocyus sit
 comparandum : *Ecce sponsus venit,
 exite obviam ei* : Matth. 25. conabi-
 tur equidem, qui è vita migraturus
 est, pro anima sua, & ultimas exeret
 vires, quò ad ultimum finem, è
 mundo egrediens, pertingere possit:
 verùm num ideo seria hæc erit,
 sincerâque ad Deum conversio tam
 diu dilata, atque adeò coacta? planè
 timendum est, si D. Augustino cre-
 dimus dicenti : *agens pœnitentiam ad
 ultimum, & reconciliatus, si securus
 hinc exit, non sum ego securus.*

Affectus.

O Quàm rara, mi Deus, esse so-
 let vera peccatoris conversio
 usque ad vitæ finem dilata ! minùs
 tolerandò ausu, divine Servator, te
 sanè contemnit, ac despicit, qui to-
 tum ferè vitæ tempus mundo, va-
 nitati, & voluptati, ultimos verò
 vitæ

vitæ jam occasum respicientis dies offerre tibi cogitat. Atque id totum est, mi Deus, quod tibi offerre potest, quicumque pænitentiae opportunò tempore peragenda incuriū se demonstrat. An non autem ego pariter eadem, ut alii, latā perditionis semitā incedere pergerem, nisi tu mentem ad saniora capienda consilia cælitus illustratam nunc tandem convertas?

Proposita.

NE porrò, divine Servator, conversionem diutius procrastinans, vel invitus inutilem pænitentiam in gehennæ incendijs æternū agam, maturè nunc ad te conversus, totus tuus deinceps ero : *dixi nunc cœpi*, hæc *mutatio dextræ excelsi*. Psalm. 76. Mutatio autem hæc non nisi divinæ gratiæ effectus est, & superni luminis opus. Præstat sanè millies, ut inopina mors pænitentem potius, quàm ut peccatorem infelicem invadat.

dat. Propterea dies omnes, & menses, & anni, quos ad strenuè in vinea animæ laborandum, pluræque colligenda merita clementer indulgebis, non nisi dies, & menses, & anni salutaris pænitentiae, atque adeò salutis æternæ procurandæ erunt.

Petitio.

O Pater misericordiarum, qui, quàm parum idoneus sim ad bene agendum, optimè nôsti, saluberrimâ, quæso, pænitentiae sensû mihi inspira, ut, sicut majorem vitæ partem fœda voluptas, ac peccatum sibi vendicavit, ità quidquid vitæ superest, pænitentiae impendatur. Sed gratiâ tuâ ad hoc quàm maximè opus est, amabilissime JESU! Quamvis autè arbori omnino sterili quàm simillimus hætenus fuerim, nullò adhuc saluberrimæ pænitentiae fructu productô, veruntamen, Domine, *dimitte illam & hęc annô, dum fodiam circa illam.* Luc. 13.

MEDITATIO VII. PRO DIE SABBATHI.

De cultu Deiparæ.

Considera, quòd vera erga Deiparam devotio pro non dubio felicitis prædestinationis signo, ac nota à Theologis æq; ac SS. PP. jure meritò habeatur, ità quidè, ut qui sanctissimam Virginem filiali amore prosequitur, moralì quâdam certitudine ultimò fine potiturus, credatur. Opinioni tam piæ ipsa Christi Sponsa, & omnis veritatis columna S. Mater Ecclesia non obscure suffragatur, de cœlorum Regina illa scripturæ verba intelligens: *qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Prov. 8. Præcipua tam piè sentiendi ratio ex magnæ Virginis *Potestate*, & incomparabili *Bonitate* exsurgit. Nonne enim in Virginis, utpote Dei Matris arbitrio, ac po-

potestate omnia à Filio divino sunt posita ? Quare ; ut votis damnetur , aliò sanè opus non habet , quàm quæcumque vult , à gratiarum omnium Fonte exposcat : quid enim Dei Filius , Matris suæ amantissimus , eidem deneget ? Quòd si in cœlorum Domina tantum imperij residet , atque efficaciz ad impetrandum , num de ipsius animo ad miseris Clientibus opitulandum fors dubitabimus ? *nec facultas Illi deest , nec voluntas* , si D. Bernardo credimus. Profectò fieri non poterit , ut pulchræ dilectionis Mater eum non amet , à quo ipsa terrrimo cordis affectu diligitur. Quare huic Filio suo adoptivo nihil sanè eorum , quæ ad salutem conducunt , impetrare recusabit : si enim vel ipsos peccatores , ad frugem se se recipere meditantes , tamquam cœlestis Aquila sub alis amoris , & favoris sui adversus avernalis hostis assultus tuetur , longè magis fideles suos Clientes ,

tes, imò adoptivos filios tuebitur, atque custodiet : *necessarium est*, inquit D. Anselm : *ut ij, ad quos suos oculos converterit, justificentur, & glorificentur.* *Reflexiones.*

PROfectò quisquis aliquà (ut sanè par est) ultimi finis curà tangeris, fatearis necesse est, constanter in animo fovendam esse veram, solidamque erga Deiparam devotionē, tamquam rem sanctam, ab Ecclesia approbatam, divinòque Numini usque adeò gratam, ut ea negare nobis vix possit, quæ per sanctissimæ Matris patrocinium ab ipso petuntur. Ut adeò devotio hæc veluti fons, & origo gratiarum habenda sit, de qua jure illud Salomonis sap. 7 affirmari possit. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa* Vitandus tamen hic aliquis scopulus est, ac bene advertendum, Marianam devotionem non in sola quarundam precum

re-

recitatione, sed in sedula virtutum Deiparæ imitatione consistere. Hæc porró imitatio lapis Lydius est, in quo sanctissima Mater genuinos Filios suos ab adulterinis sæcernit: Hæc acceptissimus Deiparæ cultus est, & sinceri in eam amoris testimonium; nec nisi virtutum suarum imitatoribus propitiam se matrem fore, spondet: *ut tua devotio, inquit Seraphicus Doctor, ei sit accepta, & grata, ipsius puritatem, & mundiciam mente, & corpore toto conatu nitaris imitari.*

Affectus.

HÆc si ità sint, si ex sedula Marianarum virtutum imitatione de sincero Deiparæ cultu iudicium ferendum sit, tenendum sanè est, non sat multos ex innumeris, qui falsò id præferunt, genuinos Mariæ Clientes reperiri. Meus quoque error agnoscendus, & deplorandus mihi

mihi erit, qui exiguo precum pensò contentus, nihil minus, quàm de Virginis puritate, animique demissione imitanda eram sollicitus. Pudet me heu! tam palmaris inscitiae. Necdum videbam miser, quanta felicitas, & quàm beata sors in divinæ Matris obsequio, veràque illius devotione sit posita. Necdū videbam gratias, favoresque copiosissimos, quos Clementissima Mater devotis sibi Clientibus confert. Verum quas non spes ego quoque, ó Mater, concipere de te possum, si qualis fui, esse desinam, virēque omnes ad veram devotionem comparandam impendam. Tunc enim vero cum Mellifluo Bernardo alloqui Mariam potero: *hæc mea fiducia, hæc tota ratio spei meæ.*

Proposita.

UT autem gratissimum amoris in te mei pignus obtineas, en,
Fons

Fons Bonitatis , & omnis Clementiæ Mater, cor meum tibi offero , aliàs jam mille titulís tibi obstrictum. Illud porró , quantumcunque infidum hætenus fuerit , ne despice. Sanctè nunc spondeo , futurum me deinceps virtutum tuarum , inprimis veró puritatis , animique demissionis Æmulatorẽ. En totum me modó obsequiis tuis devotum ; spe, & fiduciã plenus sub tuum præsidium confugio , ut singulís vitæ in hac lachrimarũ valle adhuc traducendæ momentís , ac præcipuè ultimã vitæ horã periclitanti mihi, & cum tota æternitate certanti tamquam propitia Mater , adesse non dedigneris.

Petitio.

O Mater Sanctissima, peccatorũ in te sperantium refugium, & cælestium gratiarum inexhaustus thesaurus ! obsecro te , favorem mihi
ne

ne deneges , quem omnibus ad te
 confugientibus exhibes : Patrocinio,
 gratiâ , & maternô favore tuô me
 protege , méque non quidem in
 Filiorum cætum (quod vota , ac
 merita superaret) sed in fervorum
 duntaxat numerum suscipe , atque
 ad mortem usque divinâ gratiâ præ-
 ditum me semper custodi , ô
 Clemens , ô Pia , ô Dul-
 cis Virgo Maria.

F I N I S.



et dantes, quem omnibus ad se
 coniungantibus exhibet: Patrocinio
 gratia, & amantibus amore tuo me
 proteges, meos non quidem in
 filiorum carum (quod vult, et
 gratia, superius) sed in servorum
 duntaxat numerum recipere, sedque
 ad inquit, aliud divinis gratia prece
 ditur, me tamen cubod, o
 Clemente, o Pa, o Dole
 eis Vugo Maria

T I N I S



27
09
13
17
21
25
29
33
37
41
45
49
53
57
61
65
69
73
77
81
85
89
93
97
101
105
109
113
117
121
125
129
133
137
141
145
149
153
157
161
165
169
173
177
181
185
189
193
197
201
205
209
213
217
221
225
229
233
237
241
245
249
253
257
261
265
269
273
277
281
285
289
293
297
301
305
309
313
317
321
325
329
333
337
341
345
349
353
357
361
365
369
373
377
381
385
389
393
397
401
405
409
413
417
421
425
429
433
437
441
445
449
453
457
461
465
469
473
477
481
485
489
493
497
501
505
509
513
517
521
525
529
533
537
541
545
549
553
557
561
565
569
573
577
581
585
589
593
597
601
605
609
613
617
621
625
629
633
637
641
645
649
653
657
661
665
669
673
677
681
685
689
693
697
701
705
709
713
717
721
725
729
733
737
741
745
749
753
757
761
765
769
773
777
781
785
789
793
797
801
805
809
813
817
821
825
829
833
837
841
845
849
853
857
861
865
869
873
877
881
885
889
893
897
901
905
909
913
917
921
925
929
933
937
941
945
949
953
957
961
965
969
973
977
981
985
989
993
997
1001
1005
1009
1013
1017
1021
1025
1029
1033
1037
1041
1045
1049
1053
1057
1061
1065
1069
1073
1077
1081
1085
1089
1093
1097
1101
1105
1109
1113
1117
1121
1125
1129
1133
1137
1141
1145
1149
1153
1157
1161
1165
1169
1173
1177
1181
1185
1189
1193
1197
1201
1205
1209
1213
1217
1221
1225
1229
1233
1237
1241
1245
1249
1253
1257
1261
1265
1269
1273
1277
1281
1285
1289
1293
1297
1301
1305
1309
1313
1317
1321
1325
1329
1333
1337
1341
1345
1349
1353
1357
1361
1365
1369
1373
1377
1381
1385
1389
1393
1397
1401
1405
1409
1413
1417
1421
1425
1429
1433
1437
1441
1445
1449
1453
1457
1461
1465
1469
1473
1477
1481
1485
1489
1493
1497
1501
1505
1509
1513
1517
1521
1525
1529
1533
1537
1541
1545
1549
1553
1557
1561
1565
1569
1573
1577
1581
1585
1589
1593
1597
1601
1605
1609
1613
1617
1621
1625
1629
1633
1637
1641
1645
1649
1653
1657
1661
1665
1669
1673
1677
1681
1685
1689
1693
1697
1701
1705
1709
1713
1717
1721
1725
1729
1733
1737
1741
1745
1749
1753
1757
1761
1765
1769
1773
1777
1781
1785
1789
1793
1797
1801
1805
1809
1813
1817
1821
1825
1829
1833
1837
1841
1845
1849
1853
1857
1861
1865
1869
1873
1877
1881
1885
1889
1893
1897
1901
1905
1909
1913
1917
1921
1925
1929
1933
1937
1941
1945
1949
1953
1957
1961
1965
1969
1973
1977
1981
1985
1989
1993
1997
2001
2005
2009
2013
2017
2021
2025
2029
2033
2037
2041
2045
2049
2053
2057
2061
2065
2069
2073
2077
2081
2085
2089
2093
2097
2101
2105
2109
2113
2117
2121
2125
2129
2133
2137
2141
2145
2149
2153
2157
2161
2165
2169
2173
2177
2181
2185
2189
2193
2197
2201
2205
2209
2213
2217
2221
2225
2229
2233
2237
2241
2245
2249
2253
2257
2261
2265
2269
2273
2277
2281
2285
2289
2293
2297
2301
2305
2309
2313
2317
2321
2325
2329
2333
2337
2341
2345
2349
2353
2357
2361
2365
2369
2373
2377
2381
2385
2389
2393
2397
2401
2405
2409
2413
2417
2421
2425
2429
2433
2437
2441
2445
2449
2453
2457
2461
2465
2469
2473
2477
2481
2485
2489
2493
2497
2501
2505
2509
2513
2517
2521
2525
2529
2533
2537
2541
2545
2549
2553
2557
2561
2565
2569
2573
2577
2581
2585
2589
2593
2597
2601
2605
2609
2613
2617
2621
2625
2629
2633
2637
2641
2645
2649
2653
2657
2661
2665
2669
2673
2677
2681
2685
2689
2693
2697
2701
2705
2709
2713
2717
2721
2725
2729
2733
2737
2741
2745
2749
2753
2757
2761
2765
2769
2773
2777
2781
2785
2789
2793
2797
2801
2805
2809
2813
2817
2821
2825
2829
2833
2837
2841
2845
2849
2853
2857
2861
2865
2869
2873
2877
2881
2885
2889
2893
2897
2901
2905
2909
2913
2917
2921
2925
2929
2933
2937
2941
2945
2949
2953
2957
2961
2965
2969
2973
2977
2981
2985
2989
2993
2997
3001
3005
3009
3013
3017
3021
3025
3029
3033
3037
3041
3045
3049
3053
3057
3061
3065
3069
3073
3077
3081
3085
3089
3093
3097
3101
3105
3109
3113
3117
3121
3125
3129
3133
3137
3141
3145
3149
3153
3157
3161
3165
3169
3173
3177
3181
3185
3189
3193
3197
3201
3205
3209
3213
3217
3221
3225
3229
3233
3237
3241
3245
3249
3253
3257
3261
3265
3269
3273
3277
3281
3285
3289
3293
3297
3301
3305
3309
3313
3317
3321
3325
3329
3333
3337
3341
3345
3349
3353
3357
3361
3365
3369
3373
3377
3381
3385
3389
3393
3397
3401
3405
3409
3413
3417
3421
3425
3429
3433
3437
3441
3445
3449
3453
3457
3461
3465
3469
3473
3477
3481
3485
3489
3493
3497
3501
3505
3509
3513
3517
3521
3525
3529
3533
3537
3541
3545
3549
3553
3557
3561
3565
3569
3573
3577
3581
3585
3589
3593
3597
3601
3605
3609
3613
3617
3621
3625
3629
3633
3637
3641
3645
3649
3653
3657
3661
3665
3669
3673
3677
3681
3685
3689
3693
3697
3701
3705
3709
3713
3717
3721
3725
3729
3733
3737
3741
3745
3749
3753
3757
3761
3765
3769
3773
3777
3781
3785
3789
3793
3797
3801
3805
3809
3813
3817
3821
3825
3829
3833
3837
3841
3845
3849
3853
3857
3861
3865
3869
3873
3877
3881
3885
3889
3893
3897
3901
3905
3909
3913
3917
3921
3925
3929
3933
3937
3941
3945
3949
3953
3957
3961
3965
3969
3973
3977
3981
3985
3989
3993
3997
4001
4005
4009
4013
4017
4021
4025
4029
4033
4037
4041
4045
4049
4053
4057
4061
4065
4069
4073
4077
4081
4085
4089
4093
4097
4101
4105
4109
4113
4117
4121
4125
4129
4133
4137
4141
4145
4149
4153
4157
4161
4165
4169
4173
4177
4181
4185
4189
4193
4197
4201
4205
4209
4213
4217
4221
4225
4229
4233
4237
4241
4245
4249
4253
4257
4261
4265
4269
4273
4277
4281
4285
4289
4293
4297
4301
4305
4309
4313
4317
4321
4325
4329
4333
4337
4341
4345
4349
4353
4357
4361
4365
4369
4373
4377
4381
4385
4389
4393
4397
4401
4405
4409
4413
4417
4421
4425
4429
4433
4437
4441
4445
4449
4453
4457
4461
4465
4469
4473
4477
4481
4485
4489
4493
4497
4501
4505
4509
4513
4517
4521
4525
4529
4533
4537
4541
4545
4549
4553
4557
4561
4565
4569
4573
4577
4581
4585
4589
4593
4597
4601
4605
4609
4613
4617
4621
4625
4629
4633
4637
4641
4645
4649
4653
4657
4661
4665
4669
4673
4677
4681
4685
4689
4693
4697
4701
4705
4709
4713
4717
4721
4725
4729
4733
4737
4741
4745
4749
4753
4757
4761
4765
4769
4773
4777
4781
4785
4789
4793
4797
4801
4805
4809
4813
4817
4821
4825
4829
4833
4837
4841
4845
4849
4853
4857
4861
4865
4869
4873
4877
4881
4885
4889
4893
4897
4901
4905
4909
4913
4917
4921
4925
4929
4933
4937
4941
4945
4949
4953
4957
4961
4965
4969
4973
4977
4981
4985
4989
4993
4997
5001
5005
5009
5013
5017
5021
5025
5029
5033
5037
5041
5045
5049
5053
5057
5061
5065
5069
5073
5077
5081
5085
5089
5093
5097
5101
5105
5109
5113
5117
5121
5125
5129
5133
5137
5141
5145
5149
5153
5157
5161
5165
5169
5173
5177
5181
5185
5189
5193
5197
5201
5205
5209
5213
5217
5221
5225
5229
5233
5237
5241
5245
5249
5253
5257
5261
5265
5269
5273
5277
5281
5285
5289
5293
5297
5301
5305
5309
5313
5317
5321
5325
5329
5333
5337
5341
5345
5349
5353
5357
5361
5365
5369
5373
5377
5381
5385
5389
5393
5397
5401
5405
5409
5413
5417
5421
5425
5429
5433
5437
5441
5445
5449
5453
5457
5461
5465
5469
5473
5477
5481
5485
5489
5493
5497
5501
5505
5509
5513
5517
5521
5525
5529
5533
5537
5541
5545
5549
5553
5557
5561
5565
5569
5573
5577
5581
5585
5589
5593
5597
5601
5605
5609
5613
5617
5621
5625
5629
5633
5637
5641
5645
5649
5653
5657
5661
5665
5669
5673
5677
5681
5685
5689
5693
5697
5701
5705
5709
5713
5717
5721
5725
5729
5733
5737
5741
5745
5749
5753
5757
5761
5765
5769
5773
5777
5781
5785
5789
5793
5797
5801
5805
5809
5813
5817
5821
5825
5829
5833
5837
5841
5845
5849
5853
5857
5861
5865
5869
5873
5877
5881
5885
5889
5893
5897
5901
5905
5909
5913
5917
5921
5925
5929
5933
5937
5941
5945
5949
5953
5957
5961
5965
5969
5973
5977
5981
5985
5989
5993
5997
6001
6005
6009
6013
6017
6021
6025
6029
6033
6037
6041
6045
6049
6053
6057
6061
6065
6069
6073
6077
6081
6085
6089
6093
6097
6101
6105
6109
6113
6117
6121
6125
6129
6133
6137
6141
6145
6149
6153
6157
6161
6165
6169
6173
6177
6181
6185
6189
6193
6197
6201
6205
6209
6213
6217
6221
6225
6229
6233
6237
6241
6245
6249
6253
6257
6261
6265
6269
6273
6277
6281
6285
6289
6293
6297
6301
6305
6309
6313
6317
6321
6325
6329
6333
6337
6341
6345
6349
6353
6357
6361
6365
6369
6373
6377
6381
6385
6389
6393
6397
6401
6405
6409
6413
6417
6421
6425
6429
6433
6437
6441
6445
6449
6453
6457
6461
6465
6469
6473
6477
6481
6485
6489
6493
6497
6501
6505
6509
6513
6517
6521
6525
6529
6533
6537
6541
6545
6549
6553
6557
6561
6565
6569
6573
6577
6581
6585
6589
6593
6597
6601
6605
6609
6613
6617
6621
6625
6629
6633
6637
6641
6645
6649
6653
6657
6661
6665
6669
6673
6677
6681
6685
6689
6693
6697
6701
6705
6709
6713
6717
6721
6725
6729
6733
6737
6741
6745
6749
6753
6757
6761
6765
6769
6773
6777
6781
6785
6789
6793
6797
6801
6805
6809
6813
6817
6821
6825
6829
6833
6837
6841
6845
6849
6853
6857
6861
6865
6869
6873
6877
6881
6885
6889
6893
6897
6901
6905
6909
6913
6917
6921
6925
6929
6933
6937
6941
6945
6949
6953
6957
6961
6965
6969
6973
6977
6981
6985
6989
6993
6997
7001
7005
7009
7013
7017
7021
7025
7029
7033
7037
7041
7045
7049
7053
7057
7061
7065
7069
7073
7077
7081
7085
7089
7093
7097
7101
7105
7109
7113
7117
7121
7125
7129
7133
7137
7141
7145
7149
7153
7157
7161
7165
7169
7173
7177
7181
7185
7189
7193
7197
7201
7205
7209
7213
7217
7221
7225
7229
7233
7237
7241
7245
7249
7253
7257
7261
7265
7269
7273
7277
7281
7285
7289
7293
7297
7301
7305
7309
7313
7317
7321
7325
7329
7333
7337
7341
7345
7349
7353
7357
7361
7365
7369
7373
7377
7381
7385
7389
7393
7397
7401
7405
7409
7413
7417
7421
7425
7429
7433
7437
7441
7445
7449
7453
7457
7461
7465
7469
7473
7477
7481
7485
7489
7493
7497
7501
7505
7509
7513
7517
7521
7525
7529
7533
7537
7541
7545
7549
7553
7557
7561
7565
7569
7573
7577
7581
7585
7589
7593
7597
7601
7605
7609
7613
7617
7621
7625
7629
7633
7637
7641
7645
7649
7653
7657
7661
7665
7669
7673
7677
7681
7685
7689
7693
7697
7701
7705
7709
7713
7717
7721
7725
7729
7733
7737
7741
7745
7749
7753
7757
7761
7765
7769
7773
7777
7781
7785
7789
7793
7797
7801
7805
7809
7813
7817
7821
7825
7829
7833
7837
7841
7845
7849
7853
7857
7861
7865
7869
7873
7877
7881
7885
7889
7893
7897
7901
7905
7909
7913
7917
7921
7925
7929
7933
7937
7941
7945
7949
7953
7957
7961
7965
7969
7973
7977
7981
7985
7989
7993
7997
8001
8005
8009
8013
8017
8021
8025
8029
8033
8037
8041
8045
8049
8053
8057
8061
8065
8069
8073
8077
8081
8085
8089
8093
8097
8101
8105
8109
8113
8117
8121
8125
8129
8133
8137
8141
8145
8149
8153
8157
8161
8165
8169
8173
8177
8181
8185
8189
8193
8197
8201
8205
8209
8213
8217
8221
8225
8229
8233
8237
8241
8245
8249
8253
8257
8261
8265
8269
8273
8277
8281
8285
8289
8293
8297
8301
8305
8309
8313
8317
8321
8325
8329
8333
8337
8341
8345
8349
8353
8357
8361
8365
8369
8373
8377
8381
8385
8389
8393
8397
8401
8405
8409
8413
8417
8421
84

